



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De Inuidia & Tristitia, & filiabus earundem c. 66. & 67.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

rali fuerit vitæ & meritis nostris
conuenienti, alias peccatū est saltē
veniale. Indignatio est actus qua
quis tristatur de bono alicuius
quatenus eo est indignus, & si qui-
dem nullū aliud habeat motiuum
est peccatum veniale, quia quo-
dammodo videtur Deū arguere,
& si eo prorumpat, vt expresse in
eo Deū arguat iniustitiæ, est pec-
catum mortale grauissimum.

*De Inuidia, & Tristitia, & filia-
bus earundē. Cap. 66. & 67.*

Quando Inuidia, & Tristitia
sunt de bono alterius
propter odium, & de re
gravi, & à deliberata volūate pro-
cedunt, sunt peccata mortalia, licet
tamen tritari de bono alterius,
quatenus alicuius mali est occasio
vt quod viuāt heresiarchæ & Chris-
tianorum hostes prosperentur:
licet etiam his mortē desiderare.

ne alios inficiant. quinque sunt filia: Inuidiæ: Odium, Susurratio, Detractio, Gaudium in aduersis. & Afflictio in prosperis.

De Acedia, & eius filiabus.
Cap. 68. 69. & 70.

Septimum & vltimum locum inter capitalia vitia tenet Acedia, quæ * est tristitia de bono spirituali, vt ad hominem spectat, spiritualia bona hæc sunt, Charitas, Gracia, Virtutes, Spiritus Sancti dona; & Sacramenta, de quibus tripliciter tritari cõtingit, vt à Deo procedunt, vt in proximo reperiuntur, vt ad nos pertinent, vt si quis tristetur, quod sit ad beatitudinem ordinatus, vel de diuinis præceptis & semper est mortale peccatũ de genere suo, quia contra charitatem quod intelligi debet, quando tristitia illa est ex pfecta aduertentia, & de re graui, nã alioqui non